

Actio doli

C. Aquilius iudex esto. Si paret dolo malo N. Negidii factum esse, ut A. Agerius N. Negidio fundum quo de agitur mancipio daret neque plus quam annus est cum experiundi potestas fuit neque ea res arbitrio C. Aquilii iudicis restituetur, quanti ea res erit tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Actio negotiorum (absentis) gestorum (directa)

C. Aquilius iudex esto. Quod N. Negidius A. Agerii negotia gessit, qua de re agitur, quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet ex fide bona, eius C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Condictio certae pecuniae. Actio certae creditae pecuniae

C. Aquilius iudex esto. Si paret N. Negidius A. Agerio sestertium X milia dare oportere, qua de re agitur, C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio sestertium X milia condemnato; si non paret absolvito.

Condictio certae rei. Condictio tritic(i)aria

C. Aquilius iudex esto. Si paret N. Negidius A. Agerio tritici Africi optimi modios centum dare oportere, qua de re agitur, quanti ea res est tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Actio incerti ex stipulatu

C. Aquilius iudex esto. Quod A. Agerius de N. Negidio incertum stipulatus est cuius rei dies fuit, quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet, eius C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio dumtaxat sestertium X milia condemnato; si non paret absolvito.

Vindicatio rei. Formula petitoria

C. Aquilius iudex esto. Si paret fundum quo de agitur ex iure Quiritium A. Agerii esse neque is fundus arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio restituetur, quanti ea res erit, tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Le formule sono tratte da: Dario Mantovani ‘Le formule del processo privato romano’, CEDAM, 1992.